The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Amicicia ae

cum fonte primo

Non nunquam accidit ut inter amicos
aliqua redargucionis enutrita discordia
maiorem postea caritatem parturiat,
ut pote cum corriguntur ea que
displicere in amico uidentur.

Ysidorus libro III. de summo bono.

Nonnumquam accidit ut inter amicos
aliqua redargutionis enutrita discordia
maiorem postea caritatem parturiat,
utpote cum corriguntur ea quae
displicere in amico uidentur;
et hoc quidem primum non sine quadam
aemulatione admonitus suscipit,
sed correctus postmodum gratias agit.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.32.4 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.270, ll.15-20).